Lectura super epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos

Prooemium

Vas electionis est mihi iste, et cetera. (Act. IX, v. 15)

1. – Homines in sacra Scriptura inveniuntur vasis comparati propter quatuor, scilicet: [1] propter constitutionem, [2] repletionem, [3] usum et [4] fructum.

[1] Primo enim quantum ad constitutionem. Vas enim artificis arbitrio subiacet. *Ier*. c. XVIII, 4: "Fecit illud vas alterum, sicut placuerat ei". Sic et constitutio hominum subiacet Dei arbitrio, de quo in *Ps*. XCIX, 3: "Ipse fecit nos et non ipsi nos". Unde *Isaias* c. XLV, 9 dicit: "Numquid dicit lutum figulo suo: quid facis?" Et infra IX, 20: "Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic?" Et inde est quod secundum voluntatem Dei artificis diversa invenitur vasorum constitutio. I *Tim*. II, 20: "In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia."

Beatus autem Paulus, quia vas electionis nominatur in verbis propositis, quale vas fuerit, patet per id quod dicitur *Eccli*. l,10: "quasi vas [a] auri [b] solidum [c] ornatum omni lapide pretioso".

[a] Aureum quidem vas fuit propter fulgorem sapientiae, de qua potest intelligi quod dicitur *Gen*. II, 12: "Et aurum terrae illius optimum est", quia, ut dicitur *Prov*. III,15, "Pretiosior est cunctis opibus". Unde et beatus Petrus testimonium perhibet ei dicens. I *Petr*. c. III, 15: "Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis".

Lesung über den Brief des sel. Apostels Paulus an die Römer

Vorrede

Ein Gefäß der Auserwählung ist mir dieser [meinen Namen zu tragen vor Heiden und Könige und die Kinder Israels]. (Apg 9,15)

1. – Die Menschen werden in der Heiligen Schrift zuweilen mit Gefäßen verglichen, und zwar in vierfacher Weise, je nachdem man das Gefäß [1] nach der Beschaffenheit, [2] dem Inhalt, [3] dem Gebrauch und [4] dem Nutzen betrachtet.

[1] Erstens nämlich nach seiner Beschaffenheit. Denn das Gefäß unterliegt dem freien Willen des Künstlers: „Er machte daraus ein anderes Gefäß, wie es ihm gefiel" (*Jer* 18,4). Genauso unterliegt die Beschaffenheit des Menschen dem freien Willen Gottes, wovon es in *Ps* 99,3 heißt: „Er hat uns gemacht, und nicht wir uns selbst." Daher sagt *Jes* 45,9: „Spricht etwa der Ton zu seinem Bildner: Was tust du?" Und unten 9,20 heißt es: „Spricht etwa das Gebilde zu seinem Bildner: Warum hast du mich so gemacht?" Daher kommt es, daß nach dem Willen des göttlichen Künstlers die Beschaffenheit der Gefäße verschieden ist. „In einem großen Hause sind aber nicht nur goldene und silberne Gefäße, sondern auch hölzerne und irdene" (1 *Tim* 2,20).

Was für ein Gefäß aber der selige Paulus gewesen ist, der ja in den vorangestellten Worten „ein Gefäß der Auserwählung" genannt wird, wird offenbar durch das, was in *Sir* 1,10 gesagt wird: „Gleichsam ein Gefäß von [b] gediegenem [a] Gold, [c] geschmückt mit allerlei kostbaren Steinen."

[a] Golden war dieses Gefäß wegen des Glanzes der Weisheit, worauf sich beziehen läßt, was in *Gen* 2,12 gesagt ist: „Das Gold jenes Landes ist vortrefflich." Denn, wie es in *Spr* 3,15 heißt: „Kostbarer als alle Reichtümer ist die Weisheit." Daher legt auch der selige Petrus von ihm Zeugnis ab, indem er sagt: „Wie auch unser geliebter Bruder Paulus nach der ihm verliehenen Weisheit euch geschrieben hat" (1 *Petr* 3,15).

[b] Solidum quidem fuit virtute charitatis, de qua dicitur Cant. ultimo: "Fortis est ut mors dilectio". Unde et ipse dicit *Rom.* c. VIII,38 s.: "Certus sum enim quia neque mors neque vita, etc. poterunt nos separare a charitate Dei".

[c] Ornatum autem fuit omni lapide pretioso, scilicet omnibus virtutibus, de quibus dicitur I *Cor*. III,12: "Si quis superaedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos", et cetera. Unde et ipse dicit II *Cor*. I, v. 12: "Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis et in sinceritate Dei et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo."

2. – Quale autem fuerit istud vas patet ex hoc quod talia propinavit:

[a] docuit enim excellentissimae divinitatis mysteria, quae ad sapientiam pertinent, ut patet I *Cor*. II 6: "Sapientiam loquimur inter perfectos",

[b] commendavit etiam excellentissime charitatem, I *Cor*. XIII,

[c] instruxit homines de diversis virtutibus, ut patet *Col*. III,12: "Induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae" et cetera.

3. – [2] Secundo etiam ad vasa pertinere videtur ut liquore aliquo impleantur, secundum illud IV *Reg*. IV,5: "Illi offerebant vasa et illa infundebat".

Invenitur etiam inter vasa diversitas quantum ad huiusmodi plenitudinem. Nam quaedam inveniuntur vasa vini, quaedam olei, et diversa diversi generis. Sic etiam et homines diversis gratiis, quasi diversis liquoribus, replentur divinitus, I *Cor.* XII,8: "Alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii", et cetera.

Hoc autem vas, de quo nunc agitur, plenum fuit pretioso liquore, scilicet nomine Christi, de quo dicitur *Cant*. I,2: "Oleum effusum nomen tuum". Unde dicitur "ut portet nomen meum". Totus enim videtur fuisse hoc nomine plenus, secundum illud *Apoc*. III,12: "Scribam super eum nomen meum".

[a] Habuit enim hoc nomen in cognitione intellectus, secundum illud I *Cor*. II,2: "Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Christum".

[b] Gediegen aber war er durch die Kraft der Liebe, wovon es in *Hld* 8,6 heißt: „Stark wie der Tod ist die Liebe." Daher sagt er selbst in *Röm* 8,38ff: „Ich bin gewiß, daß weder Tod noch Leben usw. uns trennen können von der Liebe Gottes."

[c] Geschmückt aber war [dieses Gefäß] mit allerlei kostbaren Steinen, nämlich mit allen Tugenden, wovon es in 1 *Kor* 3,12 heißt: „Wenn aber jemand auf diesen Grund Gold, Silber, kostbare Steine aufbaut" usw. Daher sagt er selbst in 2 *Kor* 1,12: „Das ist unser Ruhm, das Zeugnis unseres Gewissens, daß wir in Einfalt des Herzens und Lauterkeit aus Gott und nicht in fleischlicher Weisheit, sondern in der Gnade Gottes in dieser Welt gewandelt sind."

2. – Die Beschaffenheit dieses Gefäßes aber geht aus dem hervor, was es zu trinken gab;

[a] er lehrte nämlich die Mysterien der höchsten Gottheit, was zur Weisheit gehört, wie aus 1 *Kor* 2,6 hervorgeht: „Weisheit reden wir unter den Vollkommenen."

[b] Auch empfahl er aufs höchste die Liebe: 1 *Kor* 13,1.

[c] Und er belehrte die Menschen über die verschiedenen Tugenden, wie aus *Kol* 3,12 hervorgeht: „Bekleidet euch also als Auserwählte Gottes, als Heilige und Geliebte, mit herzlichem Erbarmen" usw.

3. – [2] Zweitens dienen Gefäße auch dazu, irgendeine Flüssigkeit zu enthalten, nach 4 *Kön* 4,5: „Diese reichten die Gefäße, sie aber goß in dieselben ein."

Es findet sich unter den Gefäßen auch ein Unterschied im Hinblick auf ihren Inhalt. Denn einige Gefäße enthalten Wein, einige Öl, und so gibt es die verschiedensten Arten. So werden auch die Menschen von Gott mit den verschiedenen Gnadengaben gleichsam wie mit verschiedenen Flüssigkeiten erfüllt: „Dem einen wird durch den Geist die Rede der Weisheit verliehen, dem anderen [aber die Rede der Wissenschaft]" usw. (1 *Kor* 12,8).

Dasjenige Gefäß aber, von dem hier die Rede ist, war voll von kostbarster Flüssigkeit, nämlich vom Namen Christi, von dem es in *Hld* 1,2 heißt: „Dein Name ist ausgegossen wie Öl." Daher heißt es [im Vorspruch]: „meinen Namen zu tragen". Er scheint von diesem Namen ganz erfüllt gewesen zu sein, nach dem Wort in *Offb* 3,12: „Ich werde meinen Namen auf ihn schreiben."

[a] Er trug nämlich diesen Namen in der Erkenntnis des Verstandes, nach 1 *Kor* 2,2: „Denn ich nahm mir vor, nichts unter euch zu wissen als Christus."

[b] Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus, secundum illud *Rom*. VIII,35: "Nuis nos separabit a charitate Christi". I *Cor*. c. ultimo: "Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema".

[c] Habuit etiam ipsum in tota vitae suae conversatione. Unde dicebat *Gal*. II,20: "Vivo autem iam non ego vivit vero in me Christus".

4. – [3] Tertio, quantum ad usum considerandum est quod omnia vasa alicui usui deputantur, sed quaedam ad honorabiliorem, quaedam ad viliorem, secundum illud *Rom*. IX,21: "An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?"

Sic etiam homines, secundum divinam ordinationem, diversis usibus deputantur, secundum illud *Eccli*. XXXIII,10-11: "Omnes homines de solo et ex terra, unde et creatus est Adam. In multitudine disciplinae Dominus separavit eos et immutavit vias eorum. Ex ipsis benedixit et exaltavit, maledixit et humiliavit."

Hoc autem vas ad nobilem usum est deputatum, est enim vas portatorium divini nominis, dicitur enim "ut portet nomen meum", quod quidem nomen necessarium erat portari quia longe erat ab hominibus, secundum illud *Is*. XXX,27: "Ecce nomen Domini venit de longinquo".

[a] Est autem nobis longinquum propter peccatum, secundum illud *Ps*. CXVIII,155: "Longe a peccatoribus salus".

[b] Est etiam nobis longinquum propter intellectus obscuritatem, unde et de quibusdam dicitur, *Hebr*. XI,13, quod erant "a longe aspicientes", et *Num*. XXIV, v. 17, dicitur: "Videbo eum, sed non modo; intuebor illum, sed non prope."

Et ideo sicut Angeli divinas illuminationes ad nos deferunt, tamquam a Deo distantes, ita Apostoli evangelicam doctrinam a Christo ad nos detulerunt. Et sicut in veteri testamento post legem Moysi leguntur prophetae, qui legis doctrinam populo tradebant secundum illud *Mal*. IV,4: "Mementote Moysi servi mei" ita etiam in novo testamento, post Evangelium, legitur Apostolorum doctrina, qui, ea quae a Domino audierunt, tradiderunt fidelibus, secundum illud I *Cor*. XI,23: "Accepi a Domino quod et tradidi vobis."

[b] Auch trug er diesen Namen in der Liebe des Gemütes, nach *Röm* 8,35: „Wer wird uns scheiden von der Liebe Christi?" – „Wenn jemand unseren Herrn Jesus Christus nicht liebt, der sei ausgeschlossen" (1 *Kor* 16,22).

[c] Auch trug er ihn im ganzen Wandel seines Lebens: Daher sagte er in *Gal* 2,20: „Ich lebe, aber nicht mehr ich, sondern Christus lebt in mir."

4. – [3] Drittens ist im Hinblick auf den Gebrauch zu bedenken, daß alle Gefäße zu irgendeinem Gebrauch dienen, einige aber zu einem ehrbaren, einige zu einem unehrbaren Gebrauch, nach *Röm* 9,21: „Oder hat nicht der Töpfer Gewalt über den Ton, um aus derselben Masse das eine Gefäß zur Ehre, das andere aber zur Unehre zu machen?"

So werden auch die Menschen gemäß göttlicher Anordnung zu verschiedenem Gebrauch bestimmt, nach *Sir* 33,10f: „Alle Menschen kommen aus der Erde, aus welcher Adam erschaffen wurde; aber der Herr hat sie mit großer Weisheit unterschieden und ihnen verschiedene Wege vorgezeichnet. Einige von ihnen hat er gesegnet und erhoben, andere hat er verflucht und erniedrigt."

Dieses Gefäß aber ist zu einem edlen Gebrauch bestimmt; denn es ist Träger des göttlichen Namens. Es heißt nämlich [im Vorspruch]: „meinen Namen zu tragen". In der Tat mußte dieser Name getragen werden, da er weit von den Menschen entfernt war, nach *Jes* 30,27: „Siehe, der Name des Herrn kommt von ferne."

[a] Er ist uns aber fern wegen der Sünde, nach *Ps* 108,155: „Fern ist von den Sündern das Heil."

[b] Er ist uns auch fern wegen der Verdunklung des Verstandes, weswegen von einigen gesagt wird, daß sie „das Verheißene von fern erblickten" (*Hebr* 11,13). Und in *Num* 24,17 heißt es: „Ich werde ihn sehen, doch nicht jetzt; ich werde ihn schauen, aber nicht aus der Nähe."

Und wie daher die Engel die göttlichen Erleuchtungen zu uns, die wir von Gott fern sind, tragen, so trugen die Apostel die Lehre des Evangeliums von Christus zu uns. Und wie im Alten Testament erst nach dem Gesetz des Mose die Propheten gelesen werden, die die Lehre des Gesetzes dem Volk übermittelten, nach *Mal* 4,4: „Erinnert euch an das Gesetz des Mose, meines Dieners", so wird auch im Neuen Testament nach dem Evangelium die Lehre der Apostel gelesen, welche das, was sie vom Herrn gehört haben, den Gläubigen übermittelten, nach 1 *Kor* 11,23: „Ich habe vom Herrn empfangen, was ich euch auch überliefert habe."

5. – Portavit autem beatus Paulus nomen Christi:

[a] primo quidem in corpore, conversationem et passionem eius imitando, secundum illud *Gal*. ultimo: "Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto".

6. – [b] Secundo in ore, quod patet in hoc quod in epistolis suis frequentissime Christum nominat: "Ex abundantia enim cordis os loquitur, ut dicitur *Matth*. XII,34.

Unde potest significari per columbam, de qua dicitur, *Gen*. VIII,11, quod venit ad arcam portans ramum olivae in ore suo. Quia enim oliva misericordiam significat, congrue per ramum olivae accipitur nomen Iesu Christi, quod etiam misericordiam significat, secundum illud *Matth*. I,21: "Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum."

Hunc autem ramum, virentibus foliis, detulit ad arcam, scilicet Ecclesiam, quando eius virtutem et significationem multipliciter expressit, Christi gratiam et misericordiam ostendendo. Unde iste dicit I *Tim*. I,16: "Ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam".

Et inde est quod sicut inter Scripturas veteris testamenti maxime frequentantur in Ecclesia Psalmi David, qui post peccatum veniam obtinuit, ita in novo testamento frequentantur epistolae Pauli, qui misericordiam consecutus est, ut ex hoc peccatores ad spem erigantur;

quamvis possit et alia ratio esse, quia in utraque Scriptura fere tota theologiae continetur doctrina.

7. – [c] Tertio portavit non solum ad praesentes sed etiam ad absentes et futuros, sensum Scripturae tradendo, secundum illud *Is*. c. VIII,1: "Sume tibi librum grandem et scribe in eo stilo hominis".

8. – In hoc autem officio portandi nomen Dei ostenditur eius excellentia quantum ad tria.

[a] Primo quidem, quantum ad electionis gratiam, unde dicitur "vas electionis". *Eph*. c. I,4: "Elegit nos in Christo ante mundi constitutionem."

[b] Secundo quantum ad fidelitatem quia nihil sui quaesivit sed Christi, secundum illud II *Cor*. IV,5:

5. – Es trug aber der selige Paulus den Namen Christi

[a] erstens an seinem Leib, indem er dem Wandel und Leiden Christi nachfolgte, nach *Gal* 6,17: „Ich trage nämlich die Wundmale des Herrn Jesus Christus an meinem Leib."

6. – [b] Zweitens [trug er ihn] im Mund, was daraus hervorgeht, daß er in seinen Briefen Christus so häufig mit Namen nennt: „Aus der Fülle des Herzens nämlich redet der Mund" (*Mt* 12,34).

Daher kann er auch mit der Taube bezeichnet werden, von der es in *Gen* 8,11 heißt, daß sie zur Arche kam und einen Ölzweig in ihrem Schnabel trug. Weil nämlich der Ölbaum die Barmherzigkeit bezeichnet, kann man unter dem Ölzweig den Namen Christi verstehen, der ja ebenfalls die Barmherzigkeit bezeichnet, nach *Mt* 1,21: „Du wirst seinen Namen Jesus nennen, denn er wird sein Volk von seinen Sünden erlösen."

Diesen Zweig aber trug er mit grünen Blättern versehen zur Arche, d.h. zur Kirche, als er ihre Kraft und Bedeutung auf vielfache Weise zum Ausdruck brachte, indem er die Gnade und Barmherzigkeit Christi zeigte. Daher sagt er in 1 *Tim* 1,16: „Darum habe ich Barmherzigkeit erlangt, damit an mir als erstem Jesus Christus seine ganze Geduld zeigte."

Und wie daher unter den Schriften des Alten Testamentes am meisten die Psalmen Davids in der Kirche verbreitet sind, der nach seiner Sünde Verzeihung erhielt, so sind vom Neuen Testament die Briefe des Paulus am meisten verbreitet, der die Barmherzigkeit erlangte, damit die Sünder daraus Hoffnung schöpfen.

Es kann jedoch hierfür auch ein anderer Grund angegeben werden, denn in jeder Schrift ist fast die ganze Theologie enthalten.

7. – [c] Drittens trug er [den Namen Christi] nicht nur zu den gegenwärtigen, sondern auch zu den abwesenden und zukünftigen Menschen, indem er den Sinn der Schrift übermittelte, nach *Jes* 8,1: „Nimm dir eine große Tafel und schreibe darauf mit einem Menschengriffel."

8. – In dieser Aufgabe aber, den Namen Christi zu tragen, zeigt sich seine Größe in dreifacher Hinsicht:

[a] Erstens hinsichtlich der Gnade der Erwählung. Daher wird er „ein Gefäß der Auserwählung" genannt: „Er hat uns in Christus erwählt vor der Grundlegung der Welt" (*Eph* 1,4).

[b] Zweitens hinsichtlich der Treue, denn er suchte nichts für sich, sondern alles für Christus, nach 2 *Kor* 4,5:

"Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Christum Iesum". Unde dicit: "Vas electionis est mihi".

[c] Tertio quantum ad singularem excellentiam, unde ipse dicit, I *Cor*. XV,10: "Abundantius illis omnibus laboravi". Unde signanter dicit *vas electionis est mihi*, quasi prae aliis singulariter.

9. – [4] Quantum ad fructum considerandum est quod quidam sunt quasi vasa inutilia, vel propter peccatum vel propter errorem, secundum illud *Ier*. LI,34: "Reddidit me quasi vas inane." Sed beatus Paulus fuit purus a peccato et errore, unde fuit vas electionis utile, secundum illud II *Tim*. II,21: "Si quis emundaverit se ab istis", scilicet erroribus et peccatis, "erit vas in honorem sanctificatum utile Domino".

Unde utilitas sive fructus huius vasis exprimitur cum dicitur

[a] "coram gentibus", quarum doctor fuit secundum illud I *Tim*. II,7: "Doctor gentium in fide et veritate";

[b] "et regibus", quibus fidem Christi annuntiavit sicut Agrippae, ut habetur *Act*. XVI,38, et etiam Neroni et eius principibus; unde dicitur *Phil*. c. I,12-13: "Quae circa me sunt magis ad profectum venerunt Evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni praetorio"; *Is*. XLIX,7: "Reges videbunt et consurgent principes".

[c] "Et filiis Israel", contra quos de Christo disputabat, *Act*. IX,22: "Saulus autem magis convalescebat et confundebat Iudaeos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus".

10. – Sic igitur ex verbis praemissis possumus accipere quatuor causas huius operis, scilicet epistolarum Pauli, quas prae manibus habemus.

[1] Primo quidem auctorem in vase.

[2] Secundo materiam in nomine Christi, quae est plenitudo vasis, quia tota doctrina haec est de doctrina Christi.

[3] Tertio modum in usu portationis; traditur enim haec doctrina per modum epistolarum, quae per nuntios portari consueverunt, secundum illud II *Par*. c. XXX, 6: "Perrexerunt cursores cum epistulis ex regio imperio", et cetera.

„Nicht uns selbst verkündigen wir, sondern Jesus Christus." Daher heißt es: „Ein Gefäß der Auserwählung ist er mir."

[c] Drittens hinsichtlich der einzigartigen Leistung, daher sagt er selbst in 1 *Kor* 15,10: „Ich habe reichlicher als alle gearbeitet." Und bezeichnenderweise heißt es: „ein Gefäß der Auserwählung ist mir dieser", gleichsam einzigartig vor allen anderen.

9. – [4] Hinsichtlich der Frucht [des Nutzens] muß man betrachten, daß manche [Menschen] gleichsam unnütze Gefäße sind, entweder wegen der Sünde oder wegen des Irrtums, nach *Jer* 51,34: „Er hat aus mir ein leeres Gefäß gemacht." Der selige Paulus aber war rein von Sünde und Irrtum. Daher war er ein nützliches Gefäß der Erwählung, nach 2 *Tim* 2,21: „Wenn jemand sich rein hält von diesen", nämlich Irrtümern und Sünden, „so wird er ein Gefäß zur Ehre sein, geheiligt und brauchbar für den Herrn".

Daher wird der Nutzen oder die Frucht dieses Gefäßes zum Ausdruck gebracht, wenn es heißt:

[a] „vor Heiden", deren Lehrer er ja war nach 1 *Tim* 2,7: „Als Lehrer der Heiden in Glauben und Wahrheit";

[b] „und Könige", denen er den Glauben Christi verkündigte, wie dem Agrippa – so wird in *Apg* 16,38 berichtet – und auch dem Nero und dessen Beamten. Daher heißt es in *Phil* 1,12f: „Meine Lage ist vielmehr zur Förderung des Evangeliums ausgeschlagen, so daß meine Fesseln in Christus offenbar geworden sind bei der ganzen Leibwache." – „Könige werden es sehen und Fürsten sich erheben" (*Jes* 49,7);

[c] „und die Kinder Israels", mit denen er über Christus stritt: „Saulus aber erstarkte immer mehr und brachte die Juden, welche in Damaskus wohnten, in Verwirrung, indem er bewies, daß dieser Christus sei" (*Apg* 9,22).

10. – So können wir aus den vorangestellten Worten die vier Ursachen dieses Werkes, nämlich der Briefe des Paulus, entnehmen, die wir in Händen halten.

[1] Erstens nämlich den Autor im „Gefäß".

[2] Zweitens den Inhalt im „Namen Christi", der die Fülle des Gefäßes ist, denn die ganze Lehre handelt von der Lehre Christi.

[3] Drittens die Form in der Weise des Tragens. Es wurde diese Lehre nämlich in Form von Briefen übermittelt, die durch Boten überbracht zu werden pflegten nach 2 *Chr* 30,6: „Es durcheilten die Läufer mit Briefen auf Befehl des Königs [ganz Israel]" usw.

[4] Quarto distinctionem operis in utilitate praedicta.

11. – Scripsit enim quatuordecim epistolas
– quarum novem instruunt Ecclesiam gentium;
– quatuor praelatos et principes Ecclesiae, id est reges;
– una populum Israel, scilicet quae est ad Hebraeos.

Est enim haec doctrina tota de gratia Christi, quae quidem potest tripliciter considerari.

[1] Uno modo secundum quod est in ipso capite, scilicet Christo, et sic commendatur in *epistola ad Hebraeos*.

[2] Alio modo secundum quod est in membris principalibus corporis mystici, et sic commendatur in epistolis quae sunt ad praelatos.

[3] Tertio modo secundum quod in ipso corpore mystico, quod est Ecclesia, et sic commendatur in epistolis quae mittuntur ad gentiles, quarum haec est distinctio: nam ipsa gratia Christi tripliciter potest considerari.

[3.1] Uno modo secundum se, et sic commendatur in *epistola ad Romanos*;

[3.2] alio modo secundum quod est in sacramentis gratiae et sic commendatur in duabus *epistolis ad Corinthios*,

[3.2.1] in quarum *prima* agitur de ipsis sacramentis,

[3.2.2] in *secunda* de dignitate ministrorum,

[3.2.3] et in *epistola ad Galatas* in qua excluduntur superflua sacramenta contra illos qui volebant vetera sacramenta novis adiungere;

[3.3] tertio consideratur gratia Christi secundum effectum unitatis quem in Ecclesia fecit. Agit ergo Apostolus,

[3.3.1] primo quidem, de institutione ecclesiasticae unitatis in *epistola ad Ephesios*;

[3.3.2] secundo, de eius confirmatione et profectu in *epistola ad Philippenses*;

[3.3.3] tertio, de eius defensione,

[3.3.3.1] contra errores quidem, in *epistola ad Colossenses*,

[3.3.3.2] contra persecutiones vero praesentes, in *I ad Thessalonicenses*,

[4] Viertens die Unterscheidung des Werks nach dem erwähnten Nutzen.

11. – Er schrieb nämlich vierzehn Briefe,
– von denen neun die Kirche der Heiden belehrten,
– vier die weltlichen und kirchlichen Vorsteher, d.h. die Könige,
– einer das Volk Israel, nämlich jener, der an die Hebräer gerichtet ist.

Seine ganze Lehre handelt nämlich von der Gnade Christi, die man auf dreifache Weise betrachten kann:

[1] zum einen, insofern sie im Haupte selbst ist, nämlich in Christus; und so wird sie im *Brief an die Hebräer* vorgestellt;

[2] zum anderen, insofern sie in den vorrangigen Gliedern des mystischen Leibes ist; und so wird sie in den Briefen vorgestellt, die an die Vorsteher gerichtet sind;

[3] zum dritten, insofern sie im mystischen Leib selbst ist, der die Kirche ist; und so wird sie in den Briefen vorgestellt, die an die Heiden gesandt wurden, die sich folgendermaßen unterscheiden. Denn die Gnade Christi kann auf dreifache Weise betrachtet werden:

[3.1] zum einen an sich, und so wird sie im *Brief an die Römer* vorgestellt;

[3.2] zum anderen, insofern sie in den Sakramenten der Gnade ist; und so wird sie vorgestellt in den beiden *Briefen an die Korinther*,

[3.2.1] in deren *erstem* von den Sakramenten selbst gehandelt wird,

[3.2.2] im *zweiten* dagegen von der Würde der Spender;

[3.2.3] und im *Brief an die Galater*, in dem überflüssige Sakramente denen gegenüber zurückgewiesen werden, welche die alten Sakramente den neuen hinzufügen wollten.

[3.3] Drittens wird die Gnade Christi betrachtet im Hinblick auf die Wirkung der Einheit, die sie in der Kirche verursacht. Es handelt der Apostel folglich

[3.3.1] erstens von der Einsetzung der kirchlichen Einheit im *Brief an die Epheser*,

[3.3.2] zweitens von ihrer Festigung und Vervollkommnung im *Brief an die Philipper*,

[3.3.3] drittens von ihrer Verteidigung

[3.3.3.1] und zwar gegen die Irrtümer im *Brief an die Kolosser*,

[3.3.3.2] gegen die gegenwärtigen Verfolgungen aber im *ersten Brief an die Thessalonicher*,

[3.3.3.3] contra futuras vero et praecipue tempore Antichristi, in *secunda*.

[2] Praelatos vero Ecclesiarum instruit et spirituales et temporales.

[2.1] Spirituales quidem

[2.1.1] de institutione, instructione et gubernatione ecclesiasticae unitatis in *prima ad Timotheum*,

[2.1.2] de firmitate contra persecutores in *secunda*,

[2.1.3] tertio de defensione contra haereticos in *epistola ad Titum*.

[2.2] Dominos vero temporales instruit in *epistola ad Philemonem*.

Et sic patet ratio distinctionis et ordinis omnium epistolarum.

12. – Sed videtur quod *epistola ad Romanos* non sit prima. Prius enim videtur scripsisse ad Corinthios secundum illud *Rom*. c. ultimo [XVI,1]: "Commendo autem vobis Phoeben, sororem nostram, quae est in ministerio Ecclesiae quae est Cenchris", ubi est portus Corinthiorum.

Sed dicendum quod *epistola ad Corinthios* prior est in tempore Scripturae. Sed *epistola ad Romanos* praemittitur, tum propter dignitatem Romanorum qui aliis gentibus dominabantur quia hic confutabatur superbia quae est "initium omnis peccati"; ut dicitur *Eccli*. X,14; tum quia etiam hoc exigit ordo doctrinae ut prius gratia consideretur in se quam ut est in sacramentis.

13. – Item quaeritur unde Apostolus hanc epistolam scripsit. Augustinus dicit quod de Athenis; Hieronymus quod de Corintho.[1]

Nec est contradictio, quia forte Athenis incepit eam scribere sed Corinthi consummavit.

14. – Item obiicitur contra id quod in *Glossa*[2] dicitur quod aliqui fideles, antequam Petrus, Romanis praedicaverunt. In *ecclesiastica* vero *historia*[3] dicitur quod Petrus primus praedicavit eis.

[1] Vgl. *Glossa ordinaria* et *Collectanea Lombardi* (PL 191,1300).
[2] Vgl. *ebd.*
[3] Vgl. Eusebius von Cäsarea, *Kirchengeschichte* III 1 (PG 30, 215f.).

[3.3.3.3] gegen die zukünftigen jedoch und besonders zur Zeit des Antichrist im *zweiten*.

[2] Die Vorsteher der Kirche aber unterweist er sowohl als geistliche wie als weltliche.

[2.1] Die geistlichen nämlich

[2.1.1] über die Einsetzung, Unterweisung und Leitung der kirchlichen Einheit im *ersten Brief an Timotheus*;

[2.1.2] über ihre Festigung gegen Verfolger im *zweiten*;

[2.1.3] über ihre Verteidigung gegen die Häretiker im *Brief an Titus*.

[2.2] Die weltlichen Herren dagegen unterweist er im *Brief an Philemon*.

Und somit ist der Grund der Einteilung und der Ordnung aller Briefe offenkundig.

12. – Es scheint aber, daß der *Brief an die Römer* nicht der erste ist. Er [Paulus] scheint nämlich schon vorher an die Korinther geschrieben zu haben, nach *Röm* 16,1: „Ich empfehle euch aber Phöbe, unsere Schwester, die im Dienste der Kirche zu Kenchreä ist", wo der Hafen von Korinth liegt.

Man muß aber sagen, daß der *Brief an die Korinther* der Zeit der Abfassung nach früher ist. Aber der *Brief an die Römer* besitzt den Vorrang, sowohl wegen der Würde der Römer, die die anderen Völker beherrschten, denn hier wird der Hochmut bekämpft, der „der Anfang aller Sünde" (*Sir* 10,15) ist, als auch, weil es die Ordnung der Lehre verlangt, daß die Gnade zuerst in sich und dann erst in den Sakramenten betrachtet wird.

13. – Ebenso stellt sich die Frage, von wo aus der Apostel diesen Brief geschrieben hat. Augustinus sagt, von Athen aus; Hieronymus, von Korinth aus.

Doch ist dies kein Widerspruch, denn vielleicht hat er ihn in Athen zu schreiben begonnen und in Korinth beendet.

14. – Ebenso wird dagegen eingewendet, daß es in der *Glosse* heißt, daß schon vor Petrus manche Gläubige den Römern gepredigt haben. In der *Kirchengeschichte* dagegen heißt es, Petrus habe ihnen als erster gepredigt.

Sed intelligendum est primus inter Apostolos et cum sequela magni fructus. Ante vero praedicaverat Romae Barnabas ut habetur in *Itinerario* Clementis.[4]

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[4] Vgl. Ps.-Klemens, *Recognitionum* libri X (PG 1, 1207-1454).

Man muß hier jedoch verstehen: als erster von den Aposteln und mit großem Erfolg. Vorher jedoch hatte schon Barnabas zu Rom gepredigt, wie im *Itinerarium* des Klemens berichtet wird.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing
auf der Grundlage der Übersetzung von Hans Fahsel)